

aggressi, ullos fuisse l. c. ipse negare videtur. Sed hæc de constitutione Disciplinarum dicta sunt.

CAPUT XIII.

De Methodo Doctrinae.

§. I.

Ejusq; Di-
sciplina ve-
ra

Dua sunt
partes essen-
tiales

1. Intelligen-
tia sub qua

(1) Defini-
tiones &
Hypotheses,

(2) Axio-
mata cum
Postulatis
& Observa-
tionibus.

Methodus tradendarum quæ constitutæ sunt disciplina-
rum, indolem & ipsorum scibilibum & intellectus tutif-
simè sequitur. Et quoniam unicus est sciendi modus quasi
progressivus, à notiori semper ad ignotius, unica etiam Sci-
entiarum tradendarum Methodus erit, quam accuratè nobis
ex Mathesi jam olim præconstituit Aristoteles l. post. 8. Ut
mirum sit tam multo hucusque supervacaneam illam diver-
farum in disciplinis Methodorum curam torquere potuisse.
Scilicet ut rem in pauca conferamus, duæ sunt cujusvis Sci-
entia partes velut *essentiales*, quarum prior scorsim *Intelligen-
tia*, posterior, quæ priorem semper quasi reassumit, ipsa *Sci-
entia κατ' ἐξοχλήν* ab Aristotele dicitur. Est autem *Intelligen-
tia* nihil aliud, quam ὑπόληψις τῶν ἀμέσων προτάσεων l. post. 27.
h. e. perceptio seu cognitio, vel si mavis habitus indemonstra-
bilibum aut saltem absque demonstratione certò cognoscibi-
lium principiorum. Quæ principia cum duplicia sint, ut
sect. 2. declaravimus, duplex inde nascitur *Intelligentia*, nem-
pe vel *Suppositiva* vel *Perfectiva*.

§. 2. *Intelligentia Suppositiva* complectitur *Definitiones*,
puta *Nominales* & *Essentiales*, sub quibus in disciplinis tacitè
continentur aut ipsis statim subjunguntur *Hypotheses*: Et
Definitiones quidem sunt tum ipsius *Subjecti* & *Specierum* si
quas habet, tum *affectionum* & *proprietas* aliorumq; ter-
minorum in demonstrationibus subsequendis occurrentium.

Intelligentia Perfectiva complectitur *Postulata*, *Axiomata*, *Ob-
servationes*, ejusdem generis cujus est ipsum disciplinae sub-
jectum, tanquam causas complexas & principia *Conclusio-
num* disciplinae, licet causas simplices Subjectum non agno-
scat. Quæ omnia saltem sumuntur (*λαμβάνονται*) h. e. pro-
ut posita